

Franciscus Nicolai de Pescho

9

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Franciscus Nicolai de Pescho

9

1450-06-20

† In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo quinquagesimo. Regnante ... Alfonso Dei gratia rege Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie, Ierusalem, Hungarie, Maioricarum, Sardenie et Corsice, comite Barchinone, duce Athenarum et Neopatrie ac etiam comite Rissilionis et Ceritanie, regni... huius sui domini anno sextodecimo, ... dominante quoque in principatu Tarenti et civitate Matere ... Iohanne Antonio de Baucio de Ursinis, principe Tarenti, comite Licii ac regni Sicilie magno comestabulo, etc., mense Iunii, die vicesimo eiusdem, tertiedecime indictionis, Mathere.

Nos Franciscus Nicolai de Pescho annalis civitatis Mathere iudex, Eustasius Donati de Leone, de eadem civitate, publicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dopnus Nicolaus Antonius de Goffridella, dopnus Andreas Tucii de Roberto, dopnus Dominicus de Genusio, Angelus Petri de Theodoro, dopnus Matheus Nicolai Piperis, dopnus Franciscus Angeli de Petrucio, Nicolaus de Gorrisio, Donatus de Leone, notarius Antonius Gullielmi de Mormilis, Pax de Honofrio et Iacobus de Diamanta, testes... de eadem civitate,... notum facimus... quod... ad... requisitionem... Pacis Antonii de Blasio, de eadem civitate,... personaliter contulimus ad domum habitationis ipsius sitam... intus eandem civitatem... subtus locum ubi alias fuit castrum, iuxta domum Antonii Thomasii de Birardo, iuxta menia civitatis Mathere via vicinali mediante, iuxta domum heredum condam Petrilli de Scalzono et a superiori parte iuxta domos sive criptas alias ipsius Pacis, cum portarili ante ipsas... et intus eandem domum invenimus

ipsum Pacem infirmum iacentem in lecto, sana tamen memoria, rectaque loquela sistentem, qui... presens... nuncupativum sibi condidit testamentum... et... heredem instituit in omnibus bonis suis... postumum... nasciturum... ex dompna Philippa... uxore sua pregnantem et // si dictus postumus... moriretur ante quam nasceretur aut... antequam perveniret ad legitime etatis annos, voluit... quod Donatus notarii Eustasii, notarius Nicolaus, Gregorius, dompnus Blasius, Angelus, Lucia et Licia, filii... Margarite sororis sue,... sint... sibi he-/redes... Et constituit... epitropos, distributores, executores et fideycommissarios... dopnum Marcum Andree Triance, patrum suum, Nicolaum de Iacobo, dopnum Angelum Cicci Gravanti et Loysium Thomasii de Angelo de eadem civitate Mathere, quibus dedit... potestatem... auctoritate propria capere... tantum de bonis ipsius testatoris et capta vendere... usque ad integram satisfactionem legatorum. Item voluit... quod si... postumus... nascetur et vivet,... eius vita durante dicta dopna Philippa... sit usufructuaria omnium bonorum mobilium et stabilium intus domum et intus griptas suas a portarili infra, que domus et cripte sunt iuxta domum Petri Thomasii de Birardo, iuxta domum ubi iacebat ipse testator infirmus, iuxta ortum quem tenet dopnus Marcus Andree Triance, iuxta domos superiores sitas in loco ubi alias fuit castrum... Item ipse testator elegit sibi sepulturam intus maiorem ecclesiam Materanam, cui ... legavit, pro reparatione chori noviter fiendi,... uncias quinque. Item legavit... pro malis oblatiis incertis tarenos decem. Item voluit... quod post obitum suum dentur... per dictos epitropos eidem dopne Philippe... omnes dotes et pecunie quantitates... et uncie triginta... stabilite pro iuribus suis lucri maritalibus, videlicet meffio et

quarta... Item legavit... eidem dompne Philippe... domum palatiam in qua iacebat ipse testator infirmus, cum omnibus membris suis superioribus et inferioribus et cum omnibus bonis et rebus intus in eis sistentibus..., baccas fetas viginti quinque et oves centum preter et ultra alias oves quas ipsa dompna Philippa habet... in alipergio ipsius testatoris. Item legavit... Margarite, sorori sue, oves centum..., Lucie filie quondam notarii Eustasii nepti sue oves centum;... Gregorio, nepoti suo, oves centum et baccam unam sterilem;... Cie, nepti sue, frumenti thumulos viginti quinque;... Iohannelle, alteri nepti, sue frumenti thumulos viginti quinque;... Rite filie condam Mathei de Acorthona, consanguinee sue, de lana pensas quindecim;... notario Nicolao, nepoti suo, baccam unam sterilem;... Angelo, alteri nepoti suo, baccam unam sterilem;... dompno Blasio... nepoti suo, baccam unam sterilem;... dompno Marco supradicto patruo suo oves quinquaginta et iencos quatuor duorum annorum;... Petro de Theodero pro certis servitiis et beneficiis sibi per eum prestitis... baccam unam fetam. Item voluit... quod in die obitus sui fient esequia nobiliter, ut decet ad arbitrium epitroporum predictorum et sic etiam in trentali et annali. Item legavit... Natali de Galioto domum sive criptam unam cum platea ante ipsam et cum usu aque unius cisterne heredum condam Iohannucii de Blasio, fratris ipsius testatoris, sitam... intus eandem civitatem iuxta criptam Sancte Lucie, iuxta domum dictorum heredum ipsius Iohannucii, iuxta domum ipsius dompne Cie, filie ipsius Iohannucii, cum onere annui census tarenorum octo solvendorum... heredibus ipsius testatoris. Item legavit... domino archiepiscopo pro quarta sibi contingente in presenti testamento ut contentetur tarenos viginti. Item...

voluit... quod post obitum suum edificetur... cappella una de novo in loco maioris ecclesie predictae ubi est sua sepultura, ab exteriori parte ipsius ecclesie perforando, ad expensas ipsius testatoris fiendas de pecunia unciarum quinquaginta, quas dixit... debere recipere... a certis suis debitoribus civitatis Lucerie..., et post constructionem ipsius cappelle voluit... de eadem pecunia [emi] libros, pannos sacerdotales, calices argenteos deauratos et pannos de quibus diebus festivis et sollempnis [...] detur altare ipsius cappelle et alia necessaria et opportuna ad cultum divinum et ad ministerium Corporis Christi, pro salute anime sue et suorum defunctorum;... que bona voluit... quod nullo modo vel ingenio possint alienari vel in aliam causam converti, set ad dictum cultum perpetuo quamdiu subsistunt in ipsa cappella debeant conservari... Et voluit quod post obitum suum celebrentur in eodem altari eiusdem cappelle misse quatuor qualibet edompmata, due ipsarum, videlicet, per dompnum Blasium notarii Eustasii et due alie per dompnum Marcum patrum suum, eorum vita durante, quibus... solventur anno quolibet tarenis vigintiquatuor... Item legavit... cuilibet dictorum epitroporum pro labore suo tarenos quinque,... ecclesie Sancte Marie de Balea pro ipsius reparatione tarenos quinque,... ecclesie Sancte Marie Nove de Matera pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie sancti Francisci de Mathera pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancti Dominici de Mathera pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancti Antonii Casalis Novi de Mathera pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancte Marie de Armeniis de Mathera pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancti Petri de Saxo Cavioso pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancte

Marie Veteris de Saxo Barisano pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancti Iohannis eiusdem Saxi pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancti Petri de Veteribus eiusdem Saxi pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancti Laurentii eiusdem Saxi, pro eadem causa tarenos quinque, ... ecclesie Sancte Lucie de Saxo Cavioso pro eadem causa tarenos quinque,... ecclesie Sancte Marie de Virtutibus pro eadem causa tarenos quinque,... dicto iudici, ut consuetum est, tarenos quinque et eidem notario pro eadem causa tarenos quinque et cuilibet dictorum testium grana decem...

1

2

† Ego Franciscus Nicolai de Pesco annalis qui supra Materie iudex me subscripsi // † Ego dopnus Dominicus de Genusio qui supra testis me subscripsi † Ego donnus Franciscus Angelus de Petrucio qui supra testis me subscripsi † Signum crucis proprie manus mei Iacobi de Diamanta inlicterati qui supra testis et scribere nescientis † Ego Donatus de Leone qui supra testis me subscripsy † Signum crucis proprie manus mei Angeli Petri de Theodoro inlicterati qui supra testis et scribere nescientis † Ego Nicolaus de Gorrisio qui supra testis me subscripsi † Ego notarius Antonellus Gullielmi “stalla” (come in Cordasco, *Le pergamene della Cattedrale di Altamura*, p. LIV).

Si tratta di Marino del Paoli, arcivescovo di Acerenza dal 1444 e morto nel settembre 1470, artefice della ripresa dell'autorità episcopale nell'arcidiocesi, come anche a Matera, dopo la grave crisi istituzionale seguita al tentativo dei materani di eleggere un proprio vescovo nel 1439 (Eubel, *Hierarchia Catholica*, II, p. 79).

de Moromilis qui supra testis me subscripsi † Signum
crucis proprie manus mei Pacis de Honofrio inlicterati
qui supra testis et scribere nescientis † Ego dopnus
Matheus Nicolai Piperis qui supra testis me subscripsi
† Ego dopnus Andreas Tucii de Ruberto qui supra
testis me subscripsi † Ego dopnus Nicolaus Antonius de
Goffridella qui supra testis me subscripsi